



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Triapostolatvs Septemtrionis**

**Caesar, Philipp**

**Coloniæ Agrippinæ, 1642**

22. Rimertus constituit sibi Adalgarium in Coadiutorium & successorem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43650**

fati Doctoris percurrere longum est & non necessarium, cum homilia hæc continens in prompto habeatur, ad quam nos Lectorem mittentes cœptum opus de vita Domni Rimberti consummare debemus.

## CAP V T XXII.

*S. Rimbertus constituit sibi Adalgarium in Coadiutorem & successorem.*

**C**Vi, cum iam senio grauari cœpisset, etiam continuus pedum dolor ad molestiam ei accessit: vnde apud gloriosam primò Regem HLudovicum, quo commendante Episcopatum accepit, & postea apud filios eius HLudovicum & Karolum hoc obtinuit, ut insignis vir Adalarius, Monachus videlicet de Monasterio nouæ Corbeia, ut supra retulimus, illi præstitus, ita in adiutorium illi confirmaretur, quatinus dum sele quælibet infirmitas præpediret, in ipso haberet solarium circandi Episcopatum, Placita adeundi, & quando exigeretur in expeditionem, vel ad Palatium cum comitatu suo proficisciendi. Nec multò post electionem succedendi sibi in ipso confirmari, & per manus acceptiōnēm hominem Regis illum fieri, & inter Consiliarios eius collocari obtinuit; assentientibus Abbatे & Fratribus Monasterij eius, ac sancta Synodo hæc omnia roborante. Posthæc etiam velut expeditior à negocijs secularibus omni instan-

tiâ coti-

tiā cotidie ampliare satagebat, quicquid boni prius exercuit. Nec diu postea in hac vita durauit, cuius transitus ad Dominum subiuncto ordine factus esse perhibetur.

## CAPUT XXIII.

*S. Rimberius nunciat instantem mortem suam, ex præagijs, & una visione mira quam habuerat.*

**A** Non penè integro antè obitus sui diem, quibusdam fidelibus suis secretius intimauit, multa sibi ostensa fuisse signa, quibus præsecret se in hac vita non diu mansurum, & quod eos quibus hæc loquebatur in hac vita vlt̄rā non esset visurus: Quædam, inquit, huius rei præagia mihi venerunt, quæ mihi non licet alijs indicare; Visionem tamen hac nocte mihi ostensam vobis refiero, quâ euidentissimè discessum meum præfiguratum esse intelligio. Videbatur enim mihi, *Viso S.  
Rimberii.* quod in Ecclesiâ quadam muro firmissimo per medium interseptâ, ego ex una parte muri fuisset, ex altera verò teneretur Dominus & decessor meus Ansgarius; conspexi que innumerabilem turbam virtutisque sexus, more quærentium aliquid hac illacque conuerti, nec quicquam ex eo quod quærebant potuisse inueniri: Quibus Dominus Ansgarius, Quid, inquit, quæritis? At illi se annulum meum quæsse respondentes, au-dierunt rursum ab Episcopo; ut cessaret

L 2

eum